



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

De vana observantia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

liberum, indicando tamen illam cognitionem esse incertam, & solum conjecturalem, non est mortale, nisi in talibus, quo quis in suis actionibus, praeterquam majoris momenti, ut vellet hac Astrologum regulam ad aliquid facientem, vel vitandum modo magis mox declarando n. 20. item propter eandem rationem dic de Physiognomia, Chironomia & similibus; illud tamen, quod hic evenire non raro solet, advertere.

Si quis cooperaretur in hac materia cum peccato aliter, & solum mortali, & ipsum mortaliter peccatum; Tunc autem cooperaretur, quando licet ipse non nisi incertam cognitionem reputaret, Astrologus tamen à quo illam petiit putaret, profitemurque esse certam & infallibilem, non facile id tamen suspicabor ab Astrologo Catholicos, & alios pobo.

15. Dices primo. Saltem fore contra Motum per ipsum Sixti V. adversus Astrologos, id contingens liberum, etiam per dictam levem conjecturam, divinam, ut videtur docere Sanchez, atque adeo esse semper mortale.

16. Respondetur, negando id esse contra praedictum in foro interdicti. Ita Castro Pal. l. 2. in diffinit. Saltem in foro interdicti. Ita Castro Pal. l. 2. in diffinit. Suar. Valent. del Rio. Quoad Sanchez lib. 2. in Dec. 38. n. 34. Jure, vercor, ne is duo asserat sibi non constanter, quodque n. 16. negat affirmet n. 34. sic enim n. 16. habet: Quomodo monet Ecclesia in praedictis capitulis (inter quae praedictum Sixti V. motum contra Astrologos posuerat) tales asserere ab Astrologia, somniorum, & divinationum observatione, ob periculum in usum illicitum declinandi, ut ve vera nullum praecceptum neque indicere intendit, sed tam solum occultorum Inquisitionem damnam, quae jure naturae iniqua erat. Quod constat ex eo quod in his observatur eorum rerum observationem pertinere ad Paenitentiam ritum, & demonis societatem, quod de sola observatione jure naturae interdictum verum est: Ita Cajetanus, V. a. l. 2. c. 1. h. Sanchez.

Ex hoc loco sic ratiocinor: In motu hoc proprio Sixti V. ex Sanchez d. n. 16. non est praecceptum prohibens, nisi de eo quod iniquum est jure naturae: At non est jure naturae iniqua ea cognitio conjecturalis, Ergo hac per ipsum Sanchez non prohibetur, non igitur videtur sibi constare (pace tanti viri) dum contrarium docuit ibidem, tam 34.

17. Quod autem cognitio illa conjecturalis ab astris dicta non sit jure naturae iniqua, praeterquam quod inde incertum est, quia si ea naturaliter haberi potest, ut habere possit fatetur passim, & colligit ex S. Thom. 2. 2. q. 65. art. 5. in fine corp. alique, Sanchez. n. 34. loc. & docet ibidem S. Thom. p. 1. q. 115. art. 4. ad 3. non apparet, cur ex se iniqua censenda sit, ut ipse Sanchez d. n. 34. initio fatetur nullo jure antiquo esse damnatam, atque approbat, quoad hoc Doctrinam S. Thomae dicentis conjecturalem cognitionem rerum pendentium ab auditio, posse haberi ab astris.

18. Dices secundo saltem futurum mortale, si hac ut probabilis, nec solum ut conjecturalis praedicatur.

Respondetur, ita docet Sanchez ibid. n. 33. quia sic transmittitur vis astrologum, qui solum conjecturas leves patitur, non probabiliter: Addit tamen id ita esse, quando ut probabilis ex metis astris praenuntiantur, si enim cum astris consideretur temperamentum personae, qualitates, circumstantiae, &c. tunc non est saltem mortale aliquid liberum contingens probabiliter asserere: Quia hoc non est (inquit) divinatio, sed providentia: Hac ex Sanchez consentitque Castro Palas tam 3. tr. 17. diff. 1. de superfl. p. 4. n. 6.

Facile ergo poterit à peccato recedere Astrologus, cumque consultus, si dum hac ut probabilis enuntiat, non alia solum consideret, sed praedictas circumstantias: cognitio enim, v. g. personae nobilitate, ingenio, bonis moribus, bona, gratiaque indole, similibus, statim ac videt portendi per astra hunc fore, v. g. Praelatum, poterit ut probabile praenuntiare cum, si Clericatum assumat, Romaeque in Curia versetur, litterisque, ac bonis artibus operam navet, fore, ut in Praelatum eligatur.

19. Confirmantur quae dicta sunt, quia video viros pietate, doctrina non mediocres ab Astrologis sui Natalis figuram, suosque particulares futuros eventus non cum stupulo expolentes, dum nec ipsi, nec Astrologi praedictam cognitionem modo dicto, transmittant.

20. Quid si is, cui talia praedicantur, regi se in suis actionibus velit secundum illa?

Respondetur: si cum infallibili credulitate id faciat, peccabit mortaliter, ut patet ex dictis. Idem censetur si velit quis in suis actionibus Temper vel frequenter à praedictis cognitionibus regi, quia est signum certae credulitatis adhibita, vel periculum in illam incidendi, committiturque cum demone: ita Sanchez lib. 2. in Dec. cap. 38. n. 21. At semel vel iterum, & quidem sub incertitudine eventus, non transcendit culpam venialem, quia non videtur magna deordinatio aliquid aliquando operari ob spem, vel timorem etiam levem alicujus rei: ita ibid. n. 22.

Certe cum, cui praedicatur, modo dicto, praelatura, non condemnarem saltem de mortali, si adire Romam velit; ad illam sub aliqua spe, non vero certitudine expectandam: nec hominem, qui praedictum ex astris fuit, ipsum hoc anno periclitaturum in aqua, & eo tempore à navigando abstinere: nec eum, cui morbum anno, v. g. vigesimo primo suae aetatis, ratione nuptiarum, comminantur astra si eas tunc respuat celebrare: nec illum, cui ex iisdem nunc promittitur fortunatus negotij eventus, si nunc illud aggrediatur: Haec enim non ut certa, sed solum ut conjecturalia modo explicato credere, atque expectare non videtur ullo jure prohibitum, id quod confirmabis ex Suario de infomniis, de quibus jam subjungo.

De Infomniis: ubi obiter;

De Temeris in somno ostensis.

21. De infomniis satis sit id afferre, quod lego apud Suar. t. 1. de Rel. tr. 3. lib. 2. de superfl. c. 13. n. 25. Potest hoc peccatum inquit, credendi infomniis à gravitate mortali excusari, quando homo non omnino credit rem in somno ostensam esse veram, sed futuram, & nihilominus aliquid operatur ratione talis somni, quod alias motum non est, nec contra praeccepta Dei, vel Ecclesiae (et ita non potest obesse, potest autem prodesse) ut evitet aliquod malum, quod somnium minatur, vel quid simile: tunc enim, licet sit aliqua levitas, vel simplicitas, aut nimia timiditas, non apparet gravitas malitia, quia ille non tam credit illud esse à Deo, vel esse verum, quam posse esse: in quo multo minus erroris est, licet multum sit vanitatis. At vero si quis ita sit observatur somniorum, ut ordinare per illas indicationes, vel divinationes in agendis negotiis gubernetur, non potest excusari à gravi culpa, & superstitione: nam hac observatio augurii comparatur, &c. Haec ille. Noto autem illud (et similia) nam sicut ad malum avertendum, ita ergo erit ad lucrum acquirandum.

32. Narravit mihi quidam amicus, bis, vel ter admonitum se olim fuisse in somnis à puella sibi incognita, ut ad certum locum accederet, ibique aliquantulum terram fodiret: nam certo in ollam auro plenam incidere. Rex ergo secunda, seu tertia monitione adolescens ad locum se contulit, & ollam quidem invenit, sed nigris carbonibus plenam. Inquiro: peccavitne hic mortaliter? certe nequaquam, propter Doctrinam ex Suario modò allatam.

Quid si sibi is persuasisset puellam illam non fuisse, quidem à Deo, sed à demone immisam; Neque peccasset mortaliter quia ipse cognitionem illius ollae à demone non inquisivit, sed solum scientia jam habita usus est, quod non esse peccatum paulò post §. 3. de malefic. n. 11. per occasionem dicam.

De vana Observantia.

24. De hac specie prius breviter aliqua in unum redigam, quae apud Authores invenio, mox addam, si Deo

Deo Placuerit, non pauca, quibus totius Quæstionis cognitio explicatius habeatur.

Est vana Observantia ea superstitio, quæ mediis inutilibus & a Divina Providentia nequaquam institutis procurantur commoditates, sanitates, benevolentia, divitiæ, & similia: ita Valentia 2. 2. disp. 6. q. 13. *Pollet. lib. 4. cap. 15. Cajet. v. Superstitio, & verb. Incarnatio, Sanchez lib. 2. in Dec. c. 40. alique.* Vides discrimen & Divinatio refertur ad aliquid cognoscendum, vana observantia ad aliquid obtinendum.

24. Hæc igitur, ut patet ex *supra* dictis, erit cum expressa demonis invocatione, atque adeo mortalis culpa, si ille expressè invocetur; erit cum tacita, atque adeo ex se etiam culpa mortalis, si de facto usurpentur media illa inutilia, ut aliquid obtineatur. Sed quoniam aliquando non clarè apparet, an in hac materia ejusmodi invocatio tacita intermiscetur, & consequenter, An semper mortaliter peccetur, idem ad hoc dignoscendum hæc duæ Regule afferuntur.

25. Prima Regula. Demonis tacita invocatio esse præsumitur. Primo quando sunt verba non significativa. Secundo; figuræ igniles. Tertio; falsitas, ut quod Christus Dominus habuerit febrem. Quarto; conditiones vanæ. Quinto; promissus effectus infallibilis supra vires medicorum; Quæ omnia in simili *supra* sunt explicata.

26. Secunda Regula. Cum vana observantia idem sic dicatur, Quia semper aliqua saltem inutilia, & vana commisceantur, unde tacita præsumatur demonis invocatio; hinc fit, ut ex se semper sit mortalis, nisi excuset. Primo ignorantia. Secundo; jocus, modo tamen dicto, cum de Divinatione *num. 32* egimus. Tertio; animus ea non certo credendi. Quarto; cautela; quia usurpatio illorum, ad vitam iis vanis observantibus dirigendam, nec semper, nec frequenter adhibetur, ut *supra*, item *num. 20*. diximus. Denique parvitas materiæ, de qua mox *infra*, n. 49.

27. Ex his Regulis colligere possumus cum Sanchez *loc. cit. c. 38. & c. 40. per tot.* superstitiosum esse observare dies, quasi quidam sint fausti, quidam infauti: nolle opus incipere die Martis, nolle die Veneris ungues præscindere, pueram nolle die Sabbati nere, majorem vim tribuere aquæ benedictæ uno die, quam alio, certis diebus scopis tangere oleum, ne à vermibus lædantur, servare ova exclusa die Parasceves ad extinguendum incendium, mulierculas nocte Sancti Ioannis Baptiste aliquid precari, auditumque applicare, quo nomen hominis alius audiant, quem suum fore maritum putent, Orationes sacras recitare, vel scriptas gestare, quibus à manu violentia, vel ab aliis malis liberari, benèque fortunatos fore se credant, lufos locum seu luforias cartas mutare, vel tantisper surgere ad malam ludi fortunam, avertendam, gallinam gallorum moro fortè cantantem, uti infortunij portentum occidere, & alia similia quavis merè vana, & inutilia, nullamque graviores superstitionem continentia: quæ si certo credantur, vel si semper adhibeantur ad vitam dirigendam, cum periculum subit, ne demon se illis certo intermiscet, erunt mortalia: ita Sanchez *loc. cit. c. 38. n. 21*. At si semel, aut ita non ita: ut *supra* dictum est n. 20. Namquamvis Doctores cum Sanchez *loc. cit. c. 40. n. 20. & 21* signatè solum esse veniale, in dicto raro casu notent de aliquibus, v.g. de nolentibus suscipere opus die Martis, & de recitantibus Orationes errore carentes, deque mutantibus locum in ludo, & Castro Palavis *loc. cit. p. 5. n. 7*. ex Suario à nobis *supra*, n. 21. allato, de sperante prosperum, vel timente infautum somnium, tamen quando par est ratio in aliis, eadem erit applicanda Doctrina.

28. Præterea est superstitiosum observare quædam tempora, vel festa Sanctorum ad aliquid obtinendum, idque mediis vanis & inutilibus, ut jumenta die Sancti Antonij novies per ejus templum circumducere, venam aperire die Sabbati, herbas colligere die Sancti Ioannis & similia ferè innumerabilia, quæ tamen tunc erunt

mortalia, quando ex inutilis circumstantiæ esse putentur infallibiles, & efficaces ad effectum; secus si à Sancto cuius honore illa fiant, auxilium spectetur, & incoluntur: ita Sanchez *in Dec. lib. 2. cap. 40. n. 20*.

29. Sola protestatio, quæ quis nolit effectum expectare à dæmone non est satis ad excusandum à mortalitate, siquidem per illam solum, pactum cum dæmone, verbis renuntiaretur, sed approbaretur factis. Esse autem satis parvitatem materiæ mox dicam n. 49.

30. Denique colligit idem Sanchez *loco mox cit.* non esse superstitiosos eos, quos Hispani vocant Empalmistas, qui per empalmos, hoc est per quasdam scripturas sive ex Palmis, sive ex aliis Orationibus confectas, curant infirmos; ne item eos, quos vocant Salvatores, qui suo tactu, vel Orationibus, etiam incurabiles morbos per eum modo sanant.

31. Addo, nec eos, quos Siculi vocamus Citanos, qui, quæ nascuntur nocte Conversionis Divi Pauli, ipso vel tactu venenosis, felici successu, moribus, ut aiunt, medentur; Ratio, quod hi non sint superstitiosi, dummodo aliquid, quod superstitionem sapiat juxta supradicta non admisceant, est, quia fortasse hæc sunt gratiæ gratis dæ, & quibus vide fuisse eundem Sanchez *lib. 2. in Dec. cap. 40. n. 55*. Castro Palavi *tom. 3. disp. 1. de superstitione*, c. P. à *num. 15*. Valle de Moura de *Incant. & Empalmis*, *sect. 2. c. 28*.

32. Videbitur fortasse alicui res hæc esse satis hæcenus explicata: sed certè molestior est, quam primo intuitu adhuc apparuit: nam propterea aliquid enucleatius afferre nequaquam gravabor: & ut expeditior atque distinctior sit doctrina, proponam prius aliquas peculiare superstitiones, quas in nostris regionibus usurpari sibi exploratum est deinde quid de illis sentiendum sit, decernam.

Vana aliquid superstitiones nostra aetate usurpari solita.

33. Ictericam, quam Siculi Zafaram, vocamus, aliqui sanant quodam filo conquisito à telarum textricibus, quod iidem Siculi Lixum appellant, quo quidem filo ægri staturam, ejusdemque extensa brachia ter metiuntur, mox filum complicant, vulgæque forfice super caput, humeros, pectus infirmi complicatum idem filum secant, addentes interea quædam verba deprecatoria; nem scire sic, & profigare morbum profitentur, sanitateque inducere, si id semel, bis, tertio, continuis tribus diebus, faciant, certo putant; nonnulli ceremoniam illam dimensionis omittunt, cetera quæ dicta sunt expedientes. Ipsi non nemo solum supra caput non verò supra humeros, pectusque filum secant. Sunt & alij, qui eandem chiant jubentes, ut Ictericam patiens mingat in herbam Martochium, quæ in ipso fundo vasis Minarij in quo mingunt, sit imposita.

34. Morbo caduco quidam adeptus in via publica penè mortuus humi prostratus cum jacuisset, accessit quidam ex plebe, in præsentem, qui obmurmuravit quidpiam in ægri auriculam: quo murmure æger, quasi expergefactus post paululum sensus recuperavit: Curiosus ego à senè fortè altante familiari meo interrogavi, num sciret quidnam ille in ægri aurem in sufflaverit? Respondit, se scire, fuisseque hæc sola verba: O creatura Dei, memento Creatoris tui: Præsens amuletum, inquit, contra mali caduci affectionem: Simile quid usurpant nonnulli, cum equi dolore infestiorum vaxantur: quædam enim verba insufflant in eorum ægotantium aures, quibus eos ad sanitatem revocare se jactant.

35. Qui die festo Sancti Stephani Protomartyris pane & aqua jejunat, & ritè confellus communicat, non moriturum ab alio occisum, etiam si multis ictibus sit impetitus, nonnulli prædicant.

36. Si fortè ad convivium invitati sint tredecim, pro infelici omine habetur: nam sicuti in Cæna ultima Christi Domini ex tredecim unus Christus defunctus est; ita unum ex discumbentibus moriturum timent: sanè